



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

332. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

De eadem re. *Ex eodem.*

Rhab. epist.
ad Heribald.
c. 18.
Burchard. lib.
12. c. 5.

CCCXXXI. Qui perjurat se in manu
Episcopi vel Presbyteri aut in cruce consecra-
ta, tres annos pœniteat.

De eadem re. *Ex eodem.*

Rhab. epist.
ibid.
Burchard. lib.
12. c. 5.

CCCXXXII. Si verò in cruce non con-
secrata, annum unum pœniteat. Si autem in
manu hominis, apud Græcos nihil est. Qui
autem seductus fuerit, & ignorans juravit, &
postea cognoscit, tres quadragesimas pœni-
teat.

Ex eodem.

Burchard. lib.
12. c. 6.

Si quis coactus pro vita redimenda, vel pro
qualibet causa vel necessitate perjurat, tres
quadragesimas. Alij judicant tres annos,
unum ex his in pane & aqua, pœniteat.

De falso testimonio. *Ex Concilio
Aurelianensi.*

Concil. Aure-
lian. 3. c. 8.
Lib. 7. Capi-
tular. c. 165.

CCCXXXIII. Si quis Clericus fur-
tum fecerit, aut falsum testimonium dixerit,
quia capitalia crimina sunt, communionem con-
cessa ab ordine degradetur.

De eadem re. *Ex Capitularium lib. IV.
cap. XXI.*

Lib. 4. Capi-
tular. c. 23.
Lib. 2. Leg.
Longob. tit.
51. c. 11.

CCCXXXIV. Si quis cum altero de
qualibet causa contentionem habuerit, & te-
stes contra eum per iudicium producti fuerint,
si ille falsos eos esse suspicatur, liceat ei alios
testes, quos meliores potuerit, contra eos op-
ponere.